

XXIV

SAEVLII SVI VITIA INSECTATVR ET QVOMODO CORRIGANTVR EDOCET

Glyconico-Asclepiadeus

Intāctīs opulentior Thēsaurīs Arabum et dīvitis Indiae, Caementīs licet occupēs Tyrhēnum omne tuīs et mare Apūlicum,	Quid trīstēs querimōniae, Sī nōn suppliciō culpa recīditur ? Quid lēgēs, sine mōribus Vānae, prōficiunt, sī neque fervidīs
Sī figit adamantinōs Summīs verticibus dīra Necessitās Clāvōs, nōn animum metū, Nōn mortis laqueīs expediēs caput.	Pars inclūsa calōribus Mundī, nec Boreae finitimum latus Dūrātaeque solō nivēs Mercātōrem abigunt, horrida callidī
Campestrēs melius Scythae (Quōrum plaustra vagās rīte trahunt domōs) Vīvunt, et rigidī Getae, Immētāta quibus iūgera līberās	Vincunt aequora nāvītae ? Magnum pauperiēs opprobrium iubet Quidvīs et facere et patī, Virtūtisque viam dēserit arduae !
Frūgēs et Cererem ferunt, Nec cultūra placet longior annuā : Dēfūctumque labōribus Æquālī recreat sorte vicārius.	Vel nōs in Capitōlium, Quō clāmor vocat et turba faventium, Vel nōs in mare proximum Gemmās, et lapidēs, aurum et inūtile,
Illīc mātrem carentibus Prīvīgnīs mulier temperat innocēns : Nec dōtāta regit virum Coniunx, nec nitidō fidit adulterō.	Summī māteriem malī, Mittāmus, scelerum sī bene paenitet. Ērādenda cupīdinis Prāvī sunt elementa ; et tenerae nimis
Dōs est magna parentium Virtūs, et metuēns alterius virī Certō foedere castitās, Et peccāre nefās, aut pretium ēmorī.	Mentēs asperiōribus Fōrmandae studiīs : nescit equō rudis Haerēre ingenuus puer, Vēnārīque timet ; lūdere doctior,
Ō quisquis volet impiās Caedēs et rabiem tollere cīvicam ; Sī quaeret 'Pater' urbium Suscrībī statuīs, indomitam audeat	Seu Graecō iubeās trochō, Seu mālīs vetitā lēgibus āleā, Cum periūra patris fidēs Cōnsortem socium fallat et hospitem,
Refrēnāre licentiam, Clārus postgenitīs ; quātenus (heu nefās !) Virtūtem incolumem ōdimus, Sublātam ex oculīs quaerimus invidī.	Indīgnōque pecūniam Hērēdī properet. Scīlicet improbae Crēscunt dīvitiae ; tamen Curtae nescio quid semper abest reī.